

de adventu et gestis Antichristi^{dd)}, de fine mundi, de die iudicii, de resurrectione mortuorum, de glorificatione sanctorum, de suppliciis reprobatorum.

c. 16^{ee)}. De quadrifaria^{ff)} divisione totius operis

Quoniam autem hoc ipsum opus causa iam dicta superius ad tante magnitudinis immensitatem excreverat, ut in triplo — quemadmodum opinor — Bibliothecae Sacrae mensuram excederet, ac per hoc sine labore vel sumptu nimio transcribi non posset, multorum rogatu fratrum intercedente^{gg)}, insuper^{hh)} et priore meo favente, mihiq(ue in remissionemⁱⁱ⁾ peccatorum meorum pariter iniungente, ut totum opus abbreviando ad librum manuales ad modum unius biblie redigerem; hoc ipsum facere temptavi, ut potui, sed^{kk)} nisi per nimiam longitudinem temporis vel absque nimio dispendio ac depravatione ipsius operis implere non valui^{ll)}.

Quapropter ipsum opus universum^{mm)} in quattuorⁿⁿ⁾ partes^{oo)} principales, tamquam in quattuor^{oo)} volumina^{pp, oo)} perfecta et a se invicem separata distinxi, quarum^{qq)} una^{qq)} continet totam historiam naturalem^{rr)}, alia^{ss)} vero^{ss)} totam seriem doctrinalem^{tt)}, tertia vero totam^{uu)} eruditionem moralem, quarta^{uu)} totam historiam temporalem^{vv)}. Prima siquidem prosequitur naturam et proprietatem omnium^{ww)} rerum, secunda vero^{xx)} materiam et ordinem omnium artium, tertia vero proprietates^{yy)} et actus omnium virtutum ac vitiorum, et quarta^{yy)} seriem omnium temporum.

^{dd)} Antechristi *D*₂*D*₃ ^{ee)} 17 *D* ^{ff)} trifaria *D* ^{gg)} interveniente *D* ^{hh)} super *N*₁ ⁱⁱ⁾ remissione *D* ^{kk)} *folgt* vel *D*
^{ll)} potui *D*₁*D*₃ ^{mm)} *folgt* quod Speculum Maius vocabatur *D* ⁿⁿ⁾ tres *D* ^{oo)} tria *N*₁*N*₂*D* (*nicht N*₃ *hier aber Rasur*) ^{pp)} *folgt* vel opuscula *D*
^{qq-qq)} quorum etiam unumquodque speculi nomine divisim intitulavi, prima itaque pars *D* ^{rr)} *folgt* et hec vocatur Speculum Creatoris *D* ^{ss-ss)} secunda *D* ^{tt)} *folgt* et hec vocatur Speculum Scientiarum *D*
^{uu-uu)} *fehlt* *D* ^{vv)} *folgt* et hec vocatur Speculum Historiarum *D* ^{ww)} *fehlt* *D*₃ ^{xx)} *fehlt* *D* ^{yy-yy)} *fehlt* *D*

⁸⁸⁾ Alle Handschriften der Rezensionen H und N sprechen von vier Teilen, alle der Rezension D von nur drei Teilen.

⁹⁰⁾ Alle Handschriften der Rezension H haben vier Bände, die der Rezensionen N und D drei Bände (Die Handschrift *N*₃ scheint eine Ausnahme zu machen, wurde aber korrigiert: aus *tria* wurde ^{or} *IIII*, offenbar zu einem Zeitpunkt, als man bereits das apokryphe Speculum Morale selbstverständlich akzeptierte).